Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eandem et interrogabant eum
dicentes si licet sabbatis cu
rare. Vt accusarent eum. Ip
se autem dixit eis. Quis erit ex vo
bis homo qui habet ouem vnam
et si ceciderit hec sabbatis in
foueam nonne tenebit et leua
bit eam. Quanto igitur magis me
lior est homo oue. Itaque licet
sabbatis bene facere. Tunc
ait homini. Extende manum
tuam. Et extendit. Et resti
tuta est sanitati sicut altera.
Et exeuntes pharisei continu
o faciebant aduersus eum
quomodo eum perderent. Iheshus
autem sciens recessit inde. Et
secuti sunt eum multi et cura
uit eos omnes. Et precepit
eis ne eum manifestum fac
erent. Vt adimplerentur quod dic
tum est per ysaiam prophetam
dicentem. Ecce puer meus
electus quem elegi dilectus
meus in quo bene complacuit
anime mee. Ponam spiritum
meum super eum et iudicium
gentibus iudicabit. non contendet
nec clamabit
nec audiet aliquis vocem
eius in plateis. Harundinem
quassatam non confringet et
linum fumigans non extin
guet donec eiciat ad victoriam
iudicium et in nomine eius
gentes sperabunt. Tunc obla
tus est ei demonium habens cec
et mutus et curauit eum ita
ut loquetur et videret. Et stu
pebant omnes turbe et dicebant
Numquid hic est filius dauid
Pharisei autem audientes dixe
runt. Hic non eiicit demonia in
si in belzebub principe demon
orum. Iheshus autem sciens cogita
ciones eorum dixit eis. Omne
regnum diuisum contra se deso
labitur et omnis ciuitas vel domus
diuisa contra se non stabit. Et si
si sathanas sathanam eiicit ad
uersus se diuisus est quomodo
ergo stabit regnum eius. Et si
ego in belzebub eiicio demones
filii uestri in quo eiiciunt. Ideo
ipsi iudices erunt uestri. Si ego
autem in spiritu dei eiicio dimones
igitur peruenit in uos regnum
dei. Aut quomodo potest quisquam in
trare in domum fortis et uasa eius ra
pere nisi prius alligauerit for
tem et tunc domum eius direpi
et. Qui non est mecum contra
me est et qui non colligit mecum
dispergit. Ideo dico uobis. Omne
peccatum et blasphemia remit
tetur hominibus. spiritus autem
blasphemie non remittetur. Et
quicumque dixerit uerbum con
tra filium hominis remittet
ei. Qui autem dixerit contra spi
ritum sanctum non remittetur
ei. neque in hoc seculo neque in futu
ro. Aut facite arborem bonam
et fructum bonum. Aut facite
arborem malam et fructum eius
malum. Siquidem ex fructu